

loco mutans, rotatim deorsum excussus: qui flantibus Aquilonibus, secum aliquid nubis conuolutum deducit: a qua non potest se explicare.

- 7 Typhon præterquam quod cuicunque rei inciderit, eidem uim infert: homines etiam & pecora in altum nonnunquam attollit, ac arbores & saxa in syluis torquens sternit: nauigiaque confringit. Typhon periculo sissimus ventus.
- 8 Typhon, Plinio vortex, alijs Turbo, & uibratus Ecnebias, de nube gelida (ut dictum est) abruptum aliquid saepenumero secum uoluit, ruinamque suam illo pondere aggrauat: quem repentinū flatum à nube prope terram & mare depulsum definiuerūt quidam: ubi in gyros rotatur, & proxima (ut monuimus) uerrit, suaque ui sursum raptat.
- 9 Typhon illisū ipso repercussus, correpta in cælum secum aufert: ac in excelsum, nisi magna fuerit resistentia, saepenumero perfert. Typhonis venti violētia magna.
- 10 Typhon ardenter, accensisque dum furit, Prester uocatur: contactu amburens, pariter ac conterens.
- 11 Typhon ab Ecnebia hoc differt, quod ille latius & altius uagatur: fitque ex subtiliore materia, absque diuulsione continuè perflans. Hic humilius & angustius discurrit, ex spissiore materia discontiuuè grassans, & obuia quæque mouens ac exagitans. Typhon ab Ecnebia quo modo dif ferat.
- 12 Typhon seu Turbo; plerumq; à duobus plurib[us]ue contrariis uentis & obliquè spirantibus, in angustis arctisque locis (ut sunt angiportus) plurimum uigere consuevit. In angi portuma ximè sa uit Ty phon.